2 fuerit lis conteſta. ⁊ iſta loquitur hic. Sed op. † cõtra hoc, litis conteſtatio non impedit purgari morẽ ſtipulationis ob rẽ nõ defenſam imo quocũque defendẽte, vſq3 ad ſententiã extinguit, l. iij. §. ſi. ⁊ l. iam tñ. §. nunc videamus. ſ. eo. ſ3 ille in quẽ fert ſententia ex eremodicio videt cõparere, ⁊ ſe defendere, q2 eius abſentia Dei repletur preſentia l. properandum. §. ſi autẽ reus. C. de iud. ergo ⁊ poſt litẽ conteſtatam ſecuta ſentẽtia extinguit ſtipulatio. Sol. Quandoque poſt rem non defenſam q̃ nõ ꝯparet ad defendẽdũ, vel vere vel ficte, ⁊ tũc ſtipulatio ꝯmittit cũ effectu. d.l. iij. §. ſi reus, ſ. eod. Quandoque cõparet ad defendẽdum ficte tunc extinguitur. Stipulatio ita demum, ſi lis nõ fuerit conteſtata, vt hic. Quandoque comparet ad defendẽdũ vere, ⁊ ſtipulatio ob rem non defenſam extinguitur, niſi ſuper eã fuerit lata ſententia, vel ſolutio facta. d.l. iam tamen. ĩ princip. ¶ Quero, hic dicitur, quod requiritur litis cõteſtatio. ſup quo requiritur litis conteſtatio: Gl. vacillat dic, quod requiritur litis conteſtatio ſuper ſtipulatione ob rẽ nõ defenſam, vt patet

a ex tex. Ulti. a † aduerte ad vnũ dicitur in c. j. de lit. conte. lib. vj.

3 quod exceptio rei ſinite impedit litis conteſtationem. ſ3 in hac lege in ver. proinde, ⁊ ſi forte colligit, quod exceptio ſolutiõis, trãſactionis, ⁊ acceptilationis, eſt exceptio rei ſinite: ergo litem conteſtari impedit. Et de exceptiõe trãſactionis nõ eſt dubiũ. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ſ. de cõdi. inde. ⁊ l. fratris. C. de trãſ. Jdem puto de exceptiõe ſolutionis ⁊ acceptilationis ⁊ de qualibet alia. per quam concluditur actori actionem non competere. Hoc probatur. Primo per iſtam legẽ, que dicit iſtas eſſe exceptiones rei ſinite. Secundo probatur per l. ſi pupilli. §. videamus. ſ. de nego. geſtis. vbi dicitur, ſine actione nemo experitur, impedit ergo lex ipſum experiri, ⁊ ſic impedit ne qs experiat, ne agat: impedit ergo litis conteſtationẽ. Simile videtis ĩ l. nã poſtea in prin. ſ. de iureiur. vbi pretor dicit actionẽ nõ dabo, idem eſt dicere, ꝙ nõ patiar eũ agere ideo exceptio iuriſiurãdi impedit litis cõteſtationẽ hoc tamẽ ita demũ eſt verũ ſi iſte exceptiones poſſunt pbari incõtinẽti, alias ſi requirãt altiorẽ indaginem reſeruarentur poſt litem conteſtatam. Jta nota. in d.

4 l. nam poſtea in princ. ſ. de iureiurand. Et † tamen aduertẽdũ in modo proponendi iſtã exceptionem. Nam debet quis dicere, Dico, quod non potes agere, q2 nõ habes actionem: ſecus ſi diceret, Dico quod non fones iuſtitiam, quia ſolui: quia tunc non opponeretur ad proceſſum. ſed magis ad merita cauſe.

5 ¶ Ultimo nota † hic quod ſicut fideiuſſio de iudicio ſiſti extinguitur lata ſententia, l. Grece. §. ⁊ poſt litem. ſ. de fideiuſſo. ita fideiuſſio de defendendo.

ADDITIO.

a Ultimo. Adde Bar. in l. poſtquam liti. C. de pact. Jo. An. in ti. de excu. ſen.

§. **Si fuero.** Mutatio actiõis, vel rei, impedit ſtipulationẽ iudicatũ ſolui ꝯmitti. h. d. ¶ Eppo. qd poſtquã vna actio fuit ſemel propoſita non potuit alia pponi vt in aut. qui ſemel. C. quomod. ⁊ quãdo iudex. Sol. Dic quod iſta ſtipulatio fuit interpoſita ante libellũ. Uel dic, quod poſt libellũ productũ fuit interpoſita. Et loquit hic ſecundũ iura antiqua, ſecũdum que licebat mutare vſq3 ad litis cõteſtatio. l. edita actio. C. de edendo. Uel dic quod actio nõ fuit mutata ſ3 fuit alia actio cumulata, ſecũdũ materiã, d.l. edita. ⁊ ſup actione cumulata. fuit iudicatum, merito non committitur ſtipulatio. ¶ Jtem op. de l. ⁊ an eadẽ. §. actiones. ſ. de exceptione rei iud. vbi variatio actionis nihil operatur. Sol. Dic, quod hic fuit variata actio, ⁊ res: vel fuit variata actio, ⁊ cauſa licet nõ res, ſecũdum gl. vel. verius, ſufficit ſi fuit variata actio tantũ ſi ſuper ea nominatim fuerit interpoſita ſtipulatio: ſecus ſi ſtipulatio fuerit iterpoſita ſimpliciter ſup eã: q2 tũc pcederet illõ qd dicit gl.

LEX XIIII.

**S**I ex duobus. Op.j.eod. l.ex clauſula. Sol.Fateor.quod cõtra
quemlibet fideiuſſorẽ ſtipulatio cõmittatur inſolidũ,
tamen ipſi habent beneficium diuiſionis.

§. Quoties. Bon⁹ §.eſt.Et no.ꝙ qñ fideiuſſor repe-
tit a domino id,quod ſoluit,debet dicere
dominum liberatum,vel cauere de eo defendendo,ꝙ no.

LEX XVI.

1 ☞ Soluere paratus non cogitur ſuſcipere iudicium.

**E**X iudicatum. Not.quod qui paratus eſt
ſoluere,non cogitur ſuſci-
1 pere iudicium,†vt hic,⁊ l.ſi debitori.ſupra de iudi.⁊
l.ſi reus.ſupra de procu.Quero,qd eſt hoc dictũ,neq̄
enim eſt equum,aut iudicio.⁊c.Gl.ſe inuoluit.Iſta eſt veritas,
vt dicas,nõ eſt equum iudicio aſtringi,ſcilicet iam incepto,aut
ad inſtitutionem compelli.ſcilicet noui iudicij.

LEX. XVII.

**E**X clauſula. Oppo.⁊ videtur,ꝙ ex clauſula
doli nõ cõmittatur inſolidum,
vt infra eodem.l.nouiſſima.Solu,ꝙ hic dicitur,in-
ſolidũ,declarat tex.q2 pro parte litis põt committi,⁊
pro parte non.Item dicitur inſolidum reſpectu fideiuſſoris.q2
quilibet tenetur ĩſolidum,licet habeat beneficium epiſtole.Nõ
autem intelligas inſolidum,hoc eſt ad totale intereſſe,q2 iſtud
non habet locum in clauſula de dolo,licet habeat locum in alijs
clauſulis,vt vidiſtis in l.cum querebatur.ſ.eod.

LEX. XVIII

1 ☞ Exceptio que competit patri,⁊ patrono,ne cõueniatur actio
famoſa impedit litis ingreſſum.
2 Exceptio que competit contra aliquem,propter rem,quam ha-
bere ſibi non licet,impedit litis ingreſſum.
Et qualiter nu.5.
3 Exceptio ſolutionis,⁊ acceptilationis,impedit litis ingreſſum.
4 Exceptioni fori non videtur renuntiatum per ſatiſdationẽ iu-
dicatum ſolui preſtitam.

a **V**Ir bonus. [a] Iſta eſt notabilis lex.¶Opp.
ſ.eo.l.ſi reus.Hui⁹ timore ſunt
hic plures opi.ſeu lec.Prima,ꝙ ibi loqꝛ,qñ qs non
cogitur ſe defendere priuilegio pſonali cõpetenti ipſi
1 reo:hic vero †qñ quis nõ cogitur ſe defendere,ꝓpter naturam
actionis intentate,vt q2 ꝯ patrem ⁊ patronũ intẽtabatur actio
famoſa.Vel ratione rei petite,vt q2 Iudeus petebat mãcipiũ
Chriſtianum,vel petebatur liber improbate lectionis.Iſta ſol.
eſt ſatis bona ſcòm quã no.ꝙ iſta exceptio,que cõpetit patri,⁊
patrono,ne intentetur actio famoſa,impedit litis cõteſtationẽ:
2 q2 tex.hic dicit,pretor iudiciũ accipe nõ cogat.¶Itẽ no.†ꝙ
illa exceptio,que competit ꝯ hereticum,vel Iudeum,vel cõtra
alium petentẽ rem quã ſibi habere non licet,impedit litis cõte-
b ſtationẽ,[b] ſecundũ hanc lec.quã tene mẽti,ꝓpter ſtatuta terra
rum,que prohibẽt non ſubiectos,⁊ nõ allibratos habere poſſeſ
ſiones in territorio.Scdo modo legitur,ꝙ hic intelligiꝛ qñ lis
erat finita trãſactione,ſolutione,vel acceptilatione,l.cũ quere-
batur.§.ꝓinde ⁊ ſi forte.ſ.eo.Et ita ĩtelligit Io.ꝙ no.q2 ſcòm
3 hoc eſt expreſſum hic ꝙ† exceptio ſolutionis, acceptilationis
impedit litem conteſtari.Nam hec gl.ſe refert ad illos caſus,q
ponũtur in d.§.ꝓinde.⁊ ſic oẽs illi caſus,qui ibi ponuntur impe
diunt litẽ conteſtari.Alij ſoluunt ꝯrium aliter,⁊ dicunt.Refert
an exceptio ſuperueniat poſt ſatiſdationẽ datã ⁊ quis debet de
fendi,vt lege ꝯria:an cõpetebat tẽpore interpoſite ſatiſdationis
⁊ tunc nõ debet defendi,vt hic ad iſtã lecturã,videlicet ad pri-
mum membrũ opp.ſ.eod.l.hec ſtipulatio.vbi quandocunqꝫ ſu
peruenit cauſa ꝓpter quã quis nõ debet defendi,ſtipulatio com
mittitur.Sol.Ibi loquiꝛ in cauſa peremptoria,que ius agẽtis
perimit,vt ſolutio,⁊ trãſactio,⁊ ſimilia,ſed d.l.ſi reus.loquiꝛ,qñ
ſuperuenit quoddã beneficium tẽporale,⁊ perſonale.¶Itẽ ad
4 ſcòm membrum opp.q2 †ſi exceptio competebat tẽpore inter-
poſite ſtipulationis,ſatiſdando videꝛ renuntiare:q2 promittit
iudicatum ſolui.⁊ per cõſequẽs promittit defendere,⁊ ſic defen
dere debet alias ſtipulatio cõmittiꝛ.Sol.Gl.de hoc dubitat.
j.qñ appellan.ſit l.fin.an per ſatiſdationẽ iudicatũ ſolui,videaꝛ
renunciatũ exceptioni fori,vt ibi patet.Veritas,eſt ꝙ nõ vide
tur renũtiatũ,niſi expreſſe quis renuntiet.Caſus eſt in aut.offe
raꝛ.C.de lit.cõteſta.De hoc tangiꝛ p Ly.C.de ſpon.l.vltia.cir-
ca finẽ.facit ſ.ſi qs in ius voc.nõ ier.l.prima.Quarto modo le-
giꝛ iſta lex,ꝙ hic ſuperuenit cauſa in pſona ipſi⁹ defenſoris ꝓ-
pter quã ipſe defendere non cogebaꝛ:que cauſe ponunꝛ in l.mu
tus.§.fi.cũ l.ſeq.ſ.de procu.⁊ tunc ad ꝯrium reſpõdetur,quod
ibi ſuperuenit exceptio in perſona principalis,hic in pſona de
fenſoris.Quinto modo legiꝛ in legato,qui habet ius reuocandi
domum,l.ij.§.legatis.ſ.de iudi.Contra iſtam lec.poſſet opponi
q2 videtur per ſatiſdationẽ huic beneficio renũtiare:ſed non eſt
5 verũ vt ſ.dixi.Reaſſume ergo† materiam huius legis ſic.Aut
ſuperuenit exceptio,quare quis nõ cogatur ſuſcipere iudiciũ
in pſona ipſius defenſoris,aut ſuperuenit in reo pncipali,⁊ hoc
ſcdo caſu,aut ſuperuenit exceptio ex natura actionis intentate,
vel rei petite,aut ſuperuenit ex priuilegio perſonali competẽti
ipſi reo,⁊ hoc ſecũdo caſu,aut tale priuilegium cepit competere
ex poſt facto,aut competebat ab initio,vt ex predictis patet.

ADDITIONES.

a Alex.¶Vir bonus.Vide quod no.Bar.in l.non videtur.de iu
di.⁊ l.j.ſ.de re iudi.⁊ ibi vide.
b Alex.¶Impedit litis conteſtationem.Nota de exceptionibus
litis ĩgreſſum ĩpediẽtib⁹,adde no.Bal.ĩ l.exceptionẽ.ad fi.C.
de probat.Et ad materiã adde,ꝙ exceptio trãſactiõis,exceptio
ſolutionis exceptio acceptilationis,⁊ exceptio rei finite,item
qñ cautum eſſet hoc modo,vidilicet,non detur actio;⁊ ſimilia,
item exceptio iuriſiurandi impediũt litem cõteſtari.ꝙ vltimũ
limita,⁊ amplia vt dixi in l.ij.in fi.ſ.de iureiu.Itẽ limita vt ibi
dixi,quãdo impeditur litis ingreſſus.⁊ in l.poſtquam liti.C.de
pac.quod dupliciter etiã limita.Primo,quando nõ fuit facta
mentio litis pendẽtie,vt cõſuluit Petrus de Ancharano apud
Ferrariam,in conſilio ſexto,incipiente apud Ferrariam.Item
niſi exceptio peremptoria eſſet notoria.q2 in notorio non atten
ditur iuris ordo.c.vera.de coha.cleri.⁊ mulie.item tenet Ar-
chi.⁊ ſequitur Lapus,⁊ do.Cardi.in c.ſuper literis,de reſcrip.
Itẽ vbi oppõitur,q2 ſtatutũ eſt obſcurũ,ita no.tenet Inn.in c.
cum inter de conſue.⁊ ſequitur Bal.in d.l.poſtquam liti.Item
ſi opponiꝛ exceptio,tua nõ intereſt,ſcòm Bar.in l.poſthumus,
in §.ſi quis ex his.ſ.de inoffi.teſt.⁊ vide que ibi dix.Item ſi op-
ponitur exceptio,tibi non cõpetit ius agẽdi ſcòm Bal.in l.ma-
ter.ſupra de inoffi.teſta.Itẽ ſtatuto ſit cautum,ꝙ non ſoluens
collectas non audiatur.c.q2 fruſtra.de vſu.⁊ no.Bar.in d.l.nã
poſtea.⁊ Ang.in l.ſcire.C.de bo.vaca.lib.x.poſt hoc tñ videbi-
tis omnino Bar.in l.ſequiꝛ.§.ſi viã.ſ.de vſuca.Itẽ exceptio ſo
lutionis,vt dicit tex.⁊ Bar.in d.l.ſemel.C.de apo.pu.lib.x.Itẽ
exceptio ceſſiõis bonorũ.ita Alberi.⁊ Ang.in d.l.ex ꝯctu.C.de
bo.auc.iu.poſ.alleg.tex.ſing.in l.itẽ ſi vnus.de arbi.ĩ pnc.Itẽ
exceptio,ꝙ quis allegat ꝯ vt dixit no.Ang.in l.fi.C.de cõdi.
facit c.ſolicitudinẽ.de appel.Itẽ exceptio inuẽtarij.Pro hoc
alleg.do.Bar.ĩ l.cũ fideicõmiſſum.ſupra de cõfeſ.⁊ Bal.in l.j.
C.de iuris ⁊ facti igno.Itẽ exceptio pacti de nõ agẽdo,vt dixit
Inn.in c.j.de lit.conteſta.in vt ſtẽ pactum de nõ adeundo iudi
cem.l.dedi.in prin.de condi.ob cau.Itẽ exceptio loci nõ tuti.c.
ex parte de appel.Itẽ exceptio,q2 tutela eſt finita,⁊ ſic nõ pote-
rit cõueniri vt tutor.c.ex parte MD.domine.de appel.Itẽ exce
ptio,ex qua patet actionẽ nõ competere actori.Ita dicit Bart.
in l.cũ querebatur.ſupra eodẽ.⁊ ita dicit debere intelligi c.j.de
lit.ꝯteſtata.li.vj.Itẽ exceptio laudi homologati.Ita no.Pet.
de Anch.in d.c.j.de lit.conte.p cap.per tuas.de arbi.⁊ p l.cũ an
tea.C.e.tit.Idẽ dicit in laudo arbitratoris,ꝙ habet vim,vt in
auꝛ.vt diffe.iudi.§.ſi vero.c.Quintauallis.de iureiurãdo.Itẽ
exceptio preſcriptionis.Ita dicit Bal.in l.aditus.C.ne de ſta.
defun.⁊ vide Bal.in l.fi.C.de edic.diui Adria.tollen.⁊ ĩ l.exce
ptionẽ.ad finẽ.C.de ꝓba.⁊ in d.l.poſtquã liti.⁊ ibi connumerat
decẽ,de quibus p Pe.de Anh.in d.c.j.⁊ no.dictũ Arch.ĩ c.
vt circa.de electio.in vj.vbi dicit,ꝙ omnis exceptio perempto
ria,etiã nõ notoria impedit litis ingreſſum,ſi oppones offerat
ſe incõtinẽti ꝓbaturum,l.iij.§.ibidẽ.ſupra ad exhibẽ.de quo di
cto dñs Abb.in d.c.ſuper literis.de reſcript.facit maximũ fe-
ſtum.Vtrum autẽ preſcriptio impediat litis ingreſſum,ponit
Bar.in l.fi.ſ.ꝓ ſuo.Et adõ ꝙ no.in l.j.§.fi.ibi,lõgo.ſ.ad Ter
tul.Hoſt.ꝙ ſic.Io.Andre.contra allegat Guli.in Spe.dicẽ-
tem,curiã Roma.ꝯrium ſeruaſſe.Et licet do.Dominicus mul
ta verba effundat,põt ſic cõcludi,ꝙ auꝛ.preſcriptio opponitur
ad ꝓceſſum,⁊ opponens offeret ſe probaturũ,⁊ tũc procedit opi
nio Hoſt.ita tenet Bar.in d.l.pro ſuo.Et adde not.text.⁊ ibi
Bar.in l.j.§.fi.ibi,longo.⁊c.ſ.ad Tertul.alias ꝓcedit opi.Io.
Andre.p l.emptor.C.de preſcr.lõ.tem.Quid aũt in ſentẽtia
ꝓcepti,reus cõfeſſus eſt debitũ corã iudice,⁊ recepit preceptũ
de ſoluendo,vtrũ poſſit opponere exceptionẽ litis finite poſt de
cem dies intra quos nõ fuit appellatũ:Do.de Ro.ꝯcil.vñ.de
lit.cõteſt.in antiq.cõcludunt quod non,q2 ex ſententia ꝓcepti
oritur actio,vt no.in l.fi.§.neceſſitate.C.de bo.que li.Vtrũ aũt
procedat in cauſa matrimoniali:doc.tenent quod non:q2 ſen-
tentia in talibus cauſis non tranſit ĩ rem iudicatã.c.lator.⁊ ca
pitu.conſanguinei.de re iudi.Quod limita quo ad partẽ,q2 ne
dum diffinitiua.ſed etiã interlocutoria,tranſit in rem iudicatã
quo ad partẽ,reſpectu ꝓbationis facte in alia cauſa.Do.Ant.in
c.cũ dilecti,de elec.dicit eſſe ibi caſum meliorẽ d iur e,ꝙ dictũ
limita,

limita, niſi emanaſſent tres ſententie. Glo. eſt pregnans ſecūdū Abb. in c. fraternitatis. in verb. fornicatio. de frigi. ⁊ malefi. ⁊ ꝙ dictū glo. ea ſic intellecta nō eſt verū, ⁊ id reprehēdit dominus Antonius ibi, ⁊ eſt ratio q2 nullū vinculū poteſt facere qđ illud qđ nō eſt matrimonium, ſit matrimoniū. Unde forte poſſet dari alius intellectus, q2 licet dixerit gl. qđ poſt tres ſentētias i cauſa matrimonij non poſſet appellari, nihilominus poterit querelari, maxime ſi eſſet notoriū đ iniuſtitia, vt eſt gl. in c. fraternitatis. Que omnia tene mēti, q2 vtilia ſūt. Itē adde ad predicta, qđ dicit Bal. in c. j. de cōtrouer. iter Epiſco. ⁊ vaſal. c. vnic. i verb. annua. qđ exceptio pͥiudicialis ad proceſſum, que reſpicit nō ſolum merita cauſe, ſed merita iuriſdictionis, litem nō ſinit cōteſtari, q2 oppoſitū eius infert hoc. qđ not. Itē adde, qđ no. Bal. in tit. de pace conſtan. in §. item volētibꝰ. per illum tex. dicit, qđ exceptio pacti iuramēto firmati impedit litis ingreſſum. Idem ſi non ſit iuratum, ſed factū lite pendente. arg. ſ. de pactis. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ⁊ in l. poſtquam liti. C. eod. ⁊ C. de fideiuſ. l. iij. ⁊ quod no. Jo. And. in c. j. de lit. cōteſt. in nouella, in vj. Item adde, ꝙ Joan. And. in cap. fi. de libel. obla. videt. velle poſt Inn. videlicet, ꝙ licet exceptio peremptoria non impediat litem conteſtari, niſi ſit de priuilegiatis, de quibꝰ in cap. j. de lit. conteſt. in vj. ⁊ ſ. dictum eſt: tamen iſtud fallit, qñ eſſet notoria. Idem voluit Spec. in tit. de excep. §. dicto. de dilatorijs. ver. vt autē. ⁊ ſequitur do. Anto. in c. fin. de lib. obla. Poſſet tamen dici ſm Joā. de Imol. ibi, quod hoc procedat in exceptiōe excuſſionis: q2 iſta concludit ius agendi non competere: ideo poteſt opponi ad proceſſum per not. p Bartol. in l. cum querebatur. verſic. vlti. aduerte. ſ. eod. Secus, quando non concluderet ipſo iure actionem non competere. Et per hoc reſpondetur ad predictum dictum Joannis Andree. ⁊ etiā dico qđ Spec. non videtur illud firmare, quia contra iſtud dictū arguit de dicto cap. j. de lit. conteſt. in verb. dictum tamen Inno. in ſe eſt equū. ⁊ vide que dixi. in d. l. preſcriptiōe. C. ſi cōtra ius vel vtil. publ. ⁊ dixi in l. arethuſa. i fi. đ ſta. hom. quod allegatio iuris communis, vel municipalis impedit conteſtationem litis, quia nō indiget ꝓbatione: ſecus vbi eſt queſtio facti. c. j. de lit. conteſtatio. ⁊ iſte exceptiones impediūt litis ingreſſū, ſi opponens offert ſe incontinenti probaturum: alias non, ſecundum Guidon. de Suza. in l. j. C. de iuris ⁊ facti ignorantia. His etiam adde, ꝙ not. Bartol. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confu. videlicet, ꝙ vbi eſt permiſſum homicidum a lege, vel ſtatuto, vel aliquid aliud, talis exceptio impedit litis igreſſum, ⁊ accuſatio recipi nō debet, ꝙ no. Itē dicit Bald. in l. ij. C. de formul. qđ exceptio ineptitudinis, ⁊ omnis exceptio, que non requirit probationem, impedit proceſſum, ꝙ not. Barto. in l. j. C. de litis conteſtatio. Item dicit. Bald. in l. peremptorias. C. ſenten. reſcindi nō poſ. quod exceptio laudi impedit proceſſum. Item in exceptiōe, de qua in authen. preſente. C. de fideiuſſo. ſecundum Bal. ibi eodē etiam modo exceptio, tu frater non confers bona, que habes in communi, ideo agere non potes, impedit proceſſum, per l. poſthumo. ⁊ quod ibi not. Bald. C. de col. Adde ad id. quod dixi ſupra referendo opi. Joannis Andree, ⁊ domini Anto. in cap. fin. de libel. obla. quod idem ſequitur d. Anto. in cap. ſuper literis. de reſcrip. ⁊ in cap. ex parte. de foro cōpet. ⁊ in capitu. j. de ord. cogni. ⁊ in cap. exceptionē. ⁊ in cap. paſtoralis. đ excep. ⁊ Lud. Ro. in l. ſi vero. §. de viro. in xxxij fal. ſupra ſolu. matrimo. In contrariū facit, q2 ſi ſpeciale eſt in exceptione rei iudicate, d. ca. j. de lit. cōteſta. in vj. cuius ꝓbatio eſt promptiſſima, reſultans ex ſententia, que inducit notorium: ergo in cōtrariū debet eſſe ius commune. q2 tamen nullus tenet contra dictam opinionē, ideo illa ſequenda eſt, ſecundū Lud. in d. §. đ viro. Itē exceptio. ꝙ ego ſum accuſatus ab alio de aliquo crimine, vel abſolutꝰ, impedit litis ingreſſum, l. ſenatus. ſm Bar. ibi, de accuſa. Et đ exceptiōe iuentarij, de qua dixi ſupra, ⁊c. adde Bald. in l. fi. §. ⁊ ſi prefatā. C. de iure deli. Et quid ſi opponat exceptio, ꝙ durat tēpus cōficiēdi inuentarij, an impedit litis igreſſum, vide Bar. in d. l. fi. §. donec. Quid i exceptiōe, quē de euictiōe tenet actio, ⁊c. Dic vt p Bar. i l. inſtrumēta. C. de fide inſtr. ⁊ in. ha. fiſ. li. x. Quid de exceptiōe, ꝙ continentia cauſe non pōt diuidi: Dic ꝙ impedit litis ingreſſum. vide in l. nulli. in ver. audientia pbeat, ſm eum ibi, C. de iudi. Itē vbi lex prohibet, ⁊ annullādo pcedit vel a lege, aut a ſtatuto fuit tēpus prefixum ad agendum, iā elapſū: vel vbi pſcribit iudicio, ſemp reſultat exceptio impediēs litis ingreſſum, m Bal. in l. j. i iij. oppo. C. de edic. diui. Adria. tol. ¶ Adde, an elapſo termino aſſignato ad oppnendū omnes exceptiones dilatorias, poſſit quis opponere ante litis cōteſtationem exceptiones litis cōteſtationē impedientes, de quibus in d. cap. j. Specu. in titu. de dilation. §. j. verſicu. item querit. ⁊ ibi Joan. Andre. ⁊ Abb. i cap. poſtoralis. extra de exceptioni do. Alexan. alleg. Pet. de Anchara. cōſi. vj. ego habeo xvj. ici.

viſo proceſſu in conſi. ferto. vide de exceptione inuentarij. Et đ iſtis exceptionibꝰ, vide Paulum de Caſtro conſi. lxiij. Et exceptio rei finite, quomodo differat ab exceptiōe rei iudicate, ⁊ trāſactionis, vide Feli. conſi. clxv. ⁊ cclxxxiij. Et ꝙ exceptio requirens altiorem indaginem, debeat admitti, cum quis offert ſe incontinenti illam probaturum, voluit Ro. conſi. ccxliij.

LEX XIX.

**Nouiſſima.** Hec lex diuidit in tres partes. Primo loquit ad que tēpora porrigat ſtipulatio doli. Secūdo ad quas perſonas. Tertio ponit declaratio primi dicti. Secūda ibi, itaque. Tertia ibi, doli autē. h. d. Clauſula doli committit ꝓpter dolū cōmiſſum ab initio ſtipulationis, vſq; ad finē iudicij, ex dolo principalis ⁊ hrdis eius, ⁊ etiā extranei, ſi pena fuit adiecta. ¶ Tex. ibi, factū demōſtrat. quaſi diceret, continet dolū futuro tempore cōmittendum. Uel dic ſm Ja. de Are. demōſtrat ceſſationē doli perpetuo permanentē, quaſi nec nūc, nec in futurū cōmittat dolus. Itē ibi ad principiū ſtipulatiōis, ⁊ nihilominus ad mediū ⁊ ad fi. vt ſ. dictū eſt. ¶ Op. ⁊ videt quod ſi hec ſtipulatio pro vno dolo ſit commiſſa, pro alio futuro cōmitti nō poſſit. l. cū querebat. ſ. eo. Sol. Ibi loquitur in ſtipulatione ob rē non defenſam, que ad intereſſe totale cōmittit hic, in ſtipulatiōe doli, que committitur ſolum ad illud, quod intereſt, in preſenti, dolum nō eſſe commiſſum. vnde ſi propter tuum dolum, aliquo tēpore res eſt dilata, vel aliquas expenſas feci, ad illud ſolū intereſſe cōmittitur ſtipulatio doli. Ultimo vide gl. in ver. tēpus, que incipit, poſt ſtipulationem. ibi. l. verbū erit. Sol. Hic factū preteritum erat finitum, ideo ſub futuro non comprehenditur, ibi non erat finitum: vt ibi no. per Dy. Item opp. quod ſtipulatio ſimpliciter interpoſita nunquam committatur pro facto extranei, l. ſtipulatio iſta. in prin. ſ. de verborum obligationibus. Solue, vt ibi ⁊ i ea. l. §. ſi quis. ⁊ ibi dixi. ⁊ ita itelligas hāc legē.

LEX XX.

1 ☞ Sententia debet ferri in defenſorem, quando defenſor comparet.

2 Judex appellationis reo abſoluto, ⁊ actore appellāte, qui fouet cauſam iniuſtam, debet actorem condemnare, ⁊ non ſimpliciter dicere bene iudicatū, ⁊ male appellatum.

3 Cautio interpoſita coram iudice prime cauſe, nō committitur coram iudice appellationis.

4 Si in cautione interpoſita coram iudice prime cauſe, non eſt expreſſum nomē iudicis, an committatur in cauſa appellationis. Inſtantia cauſe appellationis dicitur alia inſtantia a prima. Actio oritur ex ſententia appellationis confirmante, nō ex prima confirmata.

5 Stipulatio iudicatum ſolui, interpoſita corā vno iudice, cuius ſucceſſor iudicauit, qñ committatur.

6 Satiſdatio preſtita coram ordinario, proprio nomine nō expſſo, durat coram eius delegato.

7 Stipulatio de iudicio ſiſti mutato iudice, ita extinguit, ſicut ſtipulatio iudicatum ſolui: ⁊ quid de ſtipulatione de rato. 8.

9 Stipulatio interpoſita ſecundum cōſilium Claudij. poſitum in fine huius legis, nō comprehendit iudicem appellationis, nec collegam ſed ſucceſſorem ſic.

10 Defenſor qui ꝓmittit iudicatū ſoluere, non cogitur ꝓmittere i cauſa appellationis, ſed pro ſubſtituto ſic.

11 Satiſdatio iudiciorū, qua mutatione extinguatur, ⁊ quid de mutatione rei, ſi actio mutatur de iudice, ⁊ de perſonis litigātium, ac etiam de mutatione inſtantie.

a **Cum apud.** [a] Fideiuſſor acceptꝰ in prima cauſa, non tenetur in eo, ꝙ iudicat in cauſa appellationis, niſi aliud actū ſit. h. d.
Iſta eſt notabilis lex, ⁊ habeo hanc legem ꝓ ſingula
1 ri lege. vide tex. ¶ No. ſententiam † eſſe ferēdam in defenſorē,
vt hic, ⁊ l. liberto. §. fi. ſ. de neg. geſt. ⁊ l. j. C. de ſentē. Itē not. ex
b eodē verbo, ꝙ reo abſoluto, ſi actor appellet[b], ⁊ fouet iniuſtā
2 cauſā † iudex appellationis debet reum cōdemnare: nec debet
c ſimpliciter pronūciare[c], male appellatum, ⁊ bene iudicatū, ſecundum formam l. eos. C. de appelle. Hoc ꝓbat hic, ⁊ not. in l.
Offidius. ſ. de le. iij. ⁊ l. chirogaphis. §. j. ⁊ ibi no. ſ. de adminiſ.
d tut. Facit ad hoc ſ. đ ſo. l. creditor. §. j. ꝙ tene mēti[d]. Tertio no.
3 † ꝙ cautio interpoſita corā primo iudice prime cauſe. non cō
4 mittitur corā iudice appellationis. ¶ Quero † ergo[e] ꝓ huius
e declaratione qđ ſi in ſtipulatione nō eſt expreſſū nomē iudicis,
an cōmittat in cauſa appellationis. Mar. Sili. diſputauit hac queſ. ⁊ determinauit, quod committatur. q2 quantū ad iſta, que reſpiciūt dilatorias exceptiōes, cauſa appellationis videt eadē cū prima, l. ita demū. C. de pen. Sed dare iſtos fideiuſſores, reſpicit exceptiones dilatorias, l. Pomponius. ratihabitionis, ſupra. de procurat. ergo, ⁊c. Iſta fuit opin. Marti. Silima.

ſed dominus Gul. de Cu. dicit, quod iſta lex loquit, quãdo reus
q ſatiſdedit, fuit abſolutus, ⁊ actor appellauit: ſecus ſi ipſe fuit
cõdẽnatus, ⁊ ipſe appellaſſet: q2 fideiuſſor ipſe teneret, ne ſit in
ſua poteſtate ſe ⁊ ſuos fideiuſſores liberare, l. ne i poteſtate. ff. de
arbi. Ita not. Gul. i l. Julianus. ff. q ſatiſ. cog. Domini gl. ordi-
na. i l. ij. C. de pcu. tenet idiſtincte, qđ i cauſa appellationis nõ
committitur, ⁊ hoc ibi tex. videtur probare que ſimpliciter loq
tur. Pro hoc videtur tex. Inſtit. de ſatiſdati. §. ſi vero aliqs. in
fi. Probatur per ratione per mutationem inſtantie liberant
f fideiuſſores: l. ij. ff. eo. tit. ſed cauſa appellationis [f] dicitur alia in
ſtantia a prima. qđ apparet, q2 poſt publicatione noui teſtes re
cipiũtur, qđ nõ poſſet fieri ſi eſſet eadem inſtantia, vt colligitur
ex l. vlti. iuncta gl. C. de teſtib. ⁊ l. p hanc. C. de tẽp. appel. ⁊ ibi
per doc. Non obſtat qđ dicit Mar. Sil. q2 quãtũ ad exceptio-
nes dilatorias videtur eadẽ cauſa appellationis cũ principali:
q2 hoc fateor, ⁊ ideo qui hoc non petit in prima, nõ poteſt hoc
petere in ſecunda, ſed nõ quantum ad ipſa ſatiſdationes. Sepa
rata enim eſt exceptio, ſiue petitio ſatiſdatiõis ab ipſa ſatiſda-
g nes [g]. Nõ obſtat d. l. ne in ptãte. quã Gul. allegat, q2 imputet ſibi
actor, qui non petijt de nouo ſatiſdari in cauſa appellationis, in
quã defenſor non audiretur ſine noua ſatiſdatione, l. ij. C. d pcu.
⁊ in d. §. ſi vero aliquis. Inſt. de ſatiſ. Hoc apparet per ratione.
Nam ſi iudex appellationis condemnat, oritur actio ex iſta ſen
tentia condemnatoria, nõ ex prima quantumcunq3 confirmata,
l. furti. C. de his qui no. infa. ⁊ no. in l. eos. C. de appel. ſed ꝓ illa
ſententia non ſatiſdedit, ergo ⁊c. Fateor tamen quod ſi reus vi-
ctos appellaſſet, ⁊ appellationẽ nõ fuiſſe ꝓſecutus, qđ fideiuſſo
res tenerent. q2 ex tũc ſententia prima orit actio, non ex ſecũda,
in qua iudex cõfirmat primã, q2 appellationem non eſt proſecu
5 tus l. fi. C. de tẽp. appel. ¶ † Quero, pone qđ corã vno iudice fuit
ſatiſdatũ, iudicauit ſucceſſor eius, an ſtipulatio cõmittat: Vide
tur qđ non, l. iij. in prin. ff. e. ⁊ hic. Tu dic breuiter. Qñq3 poſt in
ter poſitam ſatiſdationẽ eſt receſſum a primo iudice, ⁊ itur ad
aliũ iudicem alterius tribunalis, ⁊ tũc ſtipulatio nõ committit,
d. l. iij. in prin. ff. eo. Quãdoq3 itur ad aliũ iudicẽ eiuſdẽ tribuna
lis, forte ad collegã, vel ſucceſſores, tũc eſt aduertẽdũ, an i ſtipu
latione fuerit adiectũ propriũ nomẽ iudicis, ⁊ tũc ſtipulatio nõ
cõmittit, niſi eſſet adiectũ, q ve in eius locũ ſucceſſit. vt hic. Si
vero propriũ nomen non fuit expreſſum tunc ſtipulatio cõmit
tetur, q2 idẽ iudex videtur, ⁊ idem iudiciũ, l. proponebat. ff. de
iudi. ⁊ hoc videt tenere Spe. i tit. de offi. iu. de leg. §. excipi po
6 teſt. ver. ſ3 quid ſi plures. ¶ Quero, † ſatiſdedi apud iudicẽ or
dinariũ proprio nomine non expreſſo, qui demũ cauſã de lega
uit, an fideiuſſores teneant: Reſpõdeo ſic, q2 videt idẽ iudiciũ,
7 l. vbi acceptũ. ff. d iudi. ꝙ ibi no. ¶ Quero, † hic loquitur d ſti
pulatione iudicatum ſolui, quid de ſtipulatione iudicio ſiſti, an
mutato iudice extinguatur: Reſpon. idem ꝙ in iſta, vt in auth.
de his qui ingre. ad appel. circa prin. tetigi in l. Grece. §. poſt
8 litẽ. ff. d fideiuſ. ¶ Quero, quid † d ſtipulatiõe d rato, vtrũ muta
to iudice, extinguatur: By. conſuluit ꝙ extinguitur, nec durat
in cauſa appellationis, ꝑ legẽ iſtã, ⁊ Inſtit. de ſatiſda. §. ſi vero
aliquis. ⁊ ꝓbatur ꝑ tex. in d. l. ij. C. de procu. que lex loquit ſim-
9 pliciter de qualibet ſatiſdatiõe. ¶ Quero, † poſito [h] ꝙ eſſet cõ-
h cepta ſtipulatio ſecũdũ conſilium Claudij poſitum in fi. huius
legis. an committeretur ſtipulatio in cauſa appellationis: Re-
ſpondeo, iſta verba dicunt, qui ve in eius locum ſubſtitutus erit
credo, quod non comprehendãt iudicem appellationis. qui eſt
maior, nec collegam. ſed ſolum ſucceſſorem, vel delegatũ i eius
locũ poſitum, argu. l. verbis ciuilibus. ff. de vul. ⁊ pup. ¶ Que
10 ro † vtrũ defenſor, qui ſatiſdat, cogatur adijcere in ſtipulatiõe,
promitto ſoluere iudicatũ per hũc iudicẽ vel ꝑ iudicẽ appella-
tionis: Videtur ꝙ ſic, nec alias eſſet fruſtra cõſiliũ huius legis.
Breuiter, de ſubſtituto cogit ꝓmittere, vt Inſtit. de ſatiſda. §.
ſi vero aliquis. ſed de iudice appellationis non, ſicut nec cogit
11 cãm appellationis ꝓſequi, l. inuitus. C. de pcur. ¶ † Vltimo [i]
i q2 vidiſtis hic quod iudicis mutatione quãdoq3 extinguitur ſti
pulatio iudicatũ ſolui, ⁊ de multis alijs mutationibus. ff. vidi-
k ſtis. Pro declaratiõe huius diſtingue [k], cũ queritur, qua muta-
tione extinguitur ſatiſdatio iudiciorũ, Aut contingit mutatio
rei petite, ⁊ extinguitur ſatiſdatio, l. cũ querebat. i fine, ſm vnã
lect. ff. e. ti. Aut cõtingit mutatio actionis ꝓpoſite, ⁊ tũc aut fuit
mutata actio tantũ, ⁊ nõ cauſa, tũc aut fideiuſſor fuit datus ſim-
pliciter, aut expreſſe in illã actione, vt dixi in d. l. cũ querebatur.
§. fi. Aut cõtingit mutatio iudicis, ⁊ tũc aut mutatio cõtingit ꝑ
modũ cuiuſdã receſſus: q2 recedo ab vno iudice, ⁊ vado ad aliũ,
aut ꝑ modum appellationis, aut per modum cuiuſdã ſurroga-
tionis. Primo caſu, ſtipulatio extinguitur, vt l. iij. i prin. ff. eo.
titulo. quod intelligo ſi vado ad alium iudicem alterius tribu
nalis: ſecus ſi irem ad collegam primi: quia tunc dic, vt dicam
tertio caſu, quando per modum ſurrogationis. Secundo caſu
quãdo per modum appellationis, idem, q2 extinguitur ſatiſda-
tio, niſi aliud ſit expreſſe actũ: vt in aut. de his qui ingre. ad ap-
pel. in prin. ⁊ ibi no. ⁊ C. de ꝓcu. l. ij. ⁊ Inſtit. de ſatiſdat. §. ſi vero
aliquis. reprobat diſtinctione Gul. d Cug. ⁊ Mar. Sil. vt ff. di
xi. De quo etiã tangit Cyn. in d. l. ij. Tertio caſu, aut fuit expſ
ſum nomen proprium, extinguitur datio fideiuſſoris: Aut nõ
fuit expreſſum, ⁊ non extinguitur: quia idem eſt iudiciũ. d. l. ꝓ-
ponebatur. ff. d iudi. ⁊ l. vbi acceptum. ⁊ ibi nota. eodem titulo,
ꝙ no. in Spe. de iudi. de leg. §. excipi. verſiculo, ſed quid ſi plu-
res. Qñq3 contingit mutatio circa perſonas litigantium, ⁊ tũc
aut ꝯtingit mutatio circa ſubſtantiã perſone, aut circa qualita-
tẽ. Primo caſu, aut illa pſona repreſentat eandẽ, que prius liti
gabat: vt q2 ei9 hrs, vel eius ꝓcurator, ⁊ ſtipulatio nõ extingui-
tur, l. ij. in fin. de preto. ſtipu. ⁊ ꝙ nota. in l. ſi ante acceptũ. in gl.
ſuper verbo ſatiſdederit. ff. eo. tit. Si vero illam perſonam non
repreſentat, tunc ſatiſdatio extinguitur. l. iam tamen. §. nunc vi
deamus. ⁊ §. ſeq. ff. eod. tit. Secundo caſu, quãdo contingit mu-
tatio circa qualitatem, dic, aut contingit mutatio eius, qui reci
pit ſatiſdationem, ⁊ nõ extinguitur ſatiſdatio, l. in cauſe. §. ſi ex
parte. ff. de procu. ⁊ l. Julianus. ff. qui ſatiſda. cog. Aut cõtingi
circa perſonam ſatiſdantis, ⁊ tunc aut ex tali mutatione non cõ
mutatur effectus ſentẽtie ⁊ ſatiſdatio nõ extiguitur, l. ſi ante ac
ceptum. j. reſpon. ff. e. tit. Aut mutatur effectus ſententie, ⁊ tunc
extinguitur ſatiſdatio. d. l. ſi ante acceptum. ij. reſpon. ⁊ per om
nes alios caſus illius legis. ⁊ l. j. i fi. ff. quib. mod. pig. vel hypo.
ſol. Quãdoque contingit mutatio inſtantie, ⁊ tunc datio fideiuſ
ſoris extinguitur l. ij. ff. eod. titu.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Cũ apud. Adde quod hec lex ſecundum Bal. in l. fin. i
x. queſtio. C. de contrahen. emptio. non procedit in iudice, corã
quo petita eſſet reductio ad arbitrium boni viri. Et etiam pro
intellectu huius legis vide i Specul. de offic. d leg. §. fin. verſic.
ſed queritur. ⁊ in tit. de accu. §. quando autem. ⁊ Cano. in ca. q̃-
relam. de elec. ⁊ in c. cauſam que. de teſtibus.
b Poma. ¶ Actor appellet. Vide Felyn. in ca. cum cauſã. de re
iudi. ⁊ Imol. conſil. lxxxvj. in fin. ⁊ Alex. conſil. cxj. volu. v. vbi
limitat, niſi prima ſententia foret condemnatoria.
c Alex. ¶ Simpliciter pronunciare. Poteſt autẽ iudex appel-
lationis reformare ſententiã male latam, vt no. Cy. i l. omnem.
C. quando prouoc. nõ eſt neceſſe. ⁊ in l. j. C. ne liceat tertio puo
ca. Ad materiam adde Barto. in l. eos. C. de appella. ⁊ q2 Bar.
allegatur contrarius, vide Moder. in dicta l. ſi expreſſim. j. d
appella. in queſt. que incipit, quarto videndum eſt de modo ſen
tentiandi. ⁊ late Joan. Andr. in Specul. in titu. de ſent. §. vt au
tem. ⁊ not. Lud. in l. j. ad fin. de re iudi. Dixi poſt Barto. in l. j. in
fi. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. Et pro hoc l. Emilius. ff. d
mino. ⁊ ca. ſignificauit. de exceptio. Facit l. fi. quod cũ eo. ⁊ quid
ſcribitur ꝑ Imol. in l. in ſumma. C. de re iudicata. in princ. ⁊ ibi
gloſſ. ⁊ adde Bar. in l. eos. C. de appella.
d Alex. ¶ Tene mẽti. Adde hic textũ, quẽ ibi ad hoc not. Abb. in
cap. cum Joannes. de fi. inſtr. ⁊ ibi dicit Abb. i vlti. col. quod iu
dex poteſt reformare ſententiam, non ſolum ad petitionem ap
pellantis, ſed etiam ad petitionem appellati. Sed videtur dicẽ
dum, ipſum appellatum per taciturnitatem confirmaſſe ſenten
tiam, vt i l. fi. C. de ſent. que ſine cert. quanti. ꝙ not. Adde quod
Panormi. in ca. cũ cauſam. extra de re iudi. dicit cõtra Bart.
eſſe gloſ. in l. preſes. C. de ſenten. que dicit qđ iudex appellatio
nis in firmando ſentẽtiam a qua reus fuerat abſolutus, videtur
tacite illum condemnare, ita qđ non eſt opus alia condẽnatione
⁊ illam gloſſ. dicit ſecutũ Cal. in cap. ſignificauit. extra de exce.
⁊ in c. Raynaldus. extra de teſtamen. latius ibi vide.
e And. Barb. ¶ Quero ergo. Et not. gl. valde no. can. qđ bene.
vj. queſtio. iiij. que dixit ꝑ iſtã, ꝙ etiã legem. ꝙ etiã ſi fideiuſſor iu
raſſet, nõ tenetur in cauſa appellationis. ſecundum Bald. in l.
Julianus. verſicu. ſecundo queritur. ff. qui ſatiſda. cogan.
f Poma. ¶ Sed cauſa appellationis. Bal. autẽ diſtinxit i d. l.
Julianus. verſicu. ſecũdo queritur. ꝙ aut iudex appellationis
ſimpliciter confirmauit ſententiam primam, ⁊ tunc tenetur. aut
addit, ⁊ tunc non tenetur, ⁊ eſt vtile ſecundũ eum in cauſa crimi
nali, in qua dat fideiuſſor. An in cauſa appellationis fiat execu
tio in fideiuſſores, vide eũ omnino in d. l. Julianus. ff. qui ſatiſ.
cog. ⁊ vide Bar, q allegat ſibi contrarius in hoc, an noui teſtes
poſſint recipi ſuper nouis capitulis. in l. per hanc. hic alleg.
g Alex. ¶ Ab ipſa ſatiſdatione. An ſatiſdatio debeat preſtari in
cauſa appellationis, adde Bald. in l. eos. §. cautione. qui eſt. §.
fin. in prin. C. de appel. qui idẽ tenet, ꝙ Bar. hic, preterquam i
ſatiſdatione de cauſa appellationis ꝓſequenda. per illũ text.
⁊ Saly. in l. ij. C de ꝓcu. ſecutus verba Jaco. But. qui ibi tenet
idẽ, quod Barto. hic. Adde Joan. Andr. in addi. ad Specul. in
tit. de ſatiſdando. §. expedito. verſic. hoc autem.

And.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

h And. Barb. ¶ Quero, poſito. Sed hoc conſilium Claudiĩ non facit ad propoſitũ legis, ⁊ Sceuola male, ⁊ inepte hoc allegaſſet, qđ nõ eſt credẽdũ: ideo non credo qđ Barto. hic verũ dicat. Poſtea reperi ꝙ ita tenet hic do. Franc. Tig. quẽ omnino vide.
i Ultimo. Adde Bal. qui notanter loquitur. in l. Julianus. qui ſatiſd. cog. ⁊ gloſſ. ordi. Inſti. de ſatiſ. §. j.
k Alex. ¶ Diſtingue. Ad intellectũ iſtorum hic, vide aliqua per Cyn. i l. ij. C. de procura. Et vtrũ extinguat virtus iuramẽti calumnie. ⁊ de materia plene per Bald. ⁊ Angel. ⁊ ibi de materia ſ. qui ſatiſ. cogan.

LEX XXI.

1 ☞ Stipulatio iudicatum ſolui ſemel commiſſa an iterum committatur.

**SI vnus.** Lex noſtra primo ponit duo dicta. Secundo reſpondet cuidam tacite obiectioni. Secũda ibi quoniam in vnius, ⁊c. In fine huius legis ſummat ſeipſam hoc modo. Hec ſtipulatio duabꝰ clauſulis poteſt cõmitti contra diuerſos: ſed cõtra eundem non, ſed preualet cauſa iudicati. h. d. ¶ Opp. de l. cũ querebatur. ſ. eo. Sol. tex. in fi. vult ſoluere, qꝛ contra eundẽ nõ poſſunt committi iſte due clauſule, vt ibi, licet cõtra diuerſos ſic, vt hic. Et ideo vt iſta materia tibi liqueat, diſtingue, cũ queritur,
1 vtrum † ſtipulatio iudicatũ ſolui ſemel cõmiſſa iterum cõmittatur, aut querit de iteratione ex eadem clauſula, aut ex diuerſis. Primo caſu, non committitur amplius quam ſemel. vt ſ. e. l. iã tamẽ. §. in hac. Fallit in hac clauſula de dolo vt ſ. e. nouiſſima. Et eſt ratio, qꝛ committit ad particulare intereſſe, vt ibi vidiſtis. Secundo caſu, aut queritur de iteratione commiſſionis quo ad effectũ exactionis, aut de iteratione ſecũdum rigiditatẽ iuris. Primo caſu, aut cõtra eundem, ⁊ ſemel commiſſa iterum nõ cõmittit: vt hic, ⁊ d. l. cũ querebatur. ſ. eo. Aut contra diuerſos, ⁊ tunc aut conſecutus eſt totum intereſſe, ⁊ amplius non cõmittitur, ⁊ cõmiſſa nõ exigetur: vt ſ. e. l. ſi ex duobus. §. quoties. Aut eſt conſecutus partẽ, ⁊ tunc põt pluries cõmitti, d. l. ſi ex duobꝰ, ⁊ l. ex iudicatum. ⁊ hac. l. in prin. Secundo caſu, quando querit de iteratione ſecũdum rigiditatem iuris, tunc dico, qđ poteſt ſepius committi: vt hic in fi. Sed dubitatur que preualeat. Et in hoc eſt aduertendum poſtquam clauſula, ob rẽ non defenſã, eſt cõmiſſa, aut res icipit defendi poſtquã ſuper iſta clauſula eſt iudicatũ, vel ſolutũ vel ante. Primo caſu, preualet clauſula, ob rẽ non defenſam, l. iam tñ. in prin. ſ. e. Si ante, ⁊ tũc aut poſt litis cõteſtationẽ, aut ante. Si poſt, aut incipit defendi vere ⁊ preualet clauſula iudicati: vt hic in fi. ⁊ l. iij. in fi. ſ. eo. Aut incipit defendi ficte, ⁊ preualet clauſula, ob rẽ nõ defenſã, l. cũ querebat. Si vero ante litis conteſtationem defenditur, ſine dubio preualet clauſula iudicati, d. l. iij. in fi. ſ. eo. titu.

## Rem ratam haberi, & de ratihabitione. Titul. viij.

¶ Duas partes habet hec rub. Primo rem ratã haberi, hoc eſt de illa ſtipulatione rem ratam haberi, ⁊ ſecundo dicit de ratihabitione, hoc eſt, qualiter poſſit habere rem ratam.

LEX I.

a **CUm quis.** a Quãdo conuenit ille, cui exceptio rei iudicate cõpeteret, ſi vnus procurator exegiſſet. ſtipulatio de
b rato cõmittit. h. d. Tex. ibi ꝓ dño, exponit Dy. i. pro eo qui ſtipulatus fuit đ rato b. ¶ Opp. ad id qđ dicit de fideiuſſore: ſtipulatio iſta cõmittit ad intereſſe, l. ſi commiſſa. j. eo. ⁊ j. l. proxi, ſed confideiuſſoris non intereſt, ſi aliter fideiuſſor conuenitur, l. vt fideiuſſor. ſ. de fideiuſ. ergo hec ſtipulatio nõ committitur. Sol. intellige, qđ iſti fideiuſſores erãt ſocij, ⁊ ſic qđ in ſimili dicitur de duobꝰ reis, referatur ad vtrũq;. Uel aliter dicas quod tex. ⁊ gl. hic habuit reſpectum, quia ſi fideiuſſor cõuenitur, đberet ſibi cedit actio, ideo moleſtaret ille q prius fuit abſolutus, ſecundũ Dyn. ſed precedẽs ſolutio magis placet. Et predicta ſũt vera, prout ponimus hic, qđ iſte cõuẽtus fuit abſolutus. Itẽ poſſumus ponere, ꝙ iſte conuẽtus fuit cõdẽnatus, ⁊ ſoluit, tunc ſine dubio intereſt eius ne fideiuſſor conueniat. Nã fideiuſſor cõuentus habere regreſſum cõtra principalem đbitorẽ, ſed iſte fideiuſſor primo cõuentus, q ſoluit, ad hoc vt poſſit repetere per actionẽ mãdati, debet principalem debitorẽ defendere: vt ſ. ti. j. l. ſi ex duobus. §. quoties. ⁊ ſic eius intereſt fideiuſſorem nõ conueniri. Non habetis hic alia.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Cum quis. Quomodo debeat cauere procurator rẽ ratã haberi, vide bonum tex. in l. non ſolum. §. qui alieno. de ꝓcu. Et ad materia ratihabitionis. vide Bal. in l. obſeruare. §. poſt hec. ff. de offic. procon.
b Alex. ¶ De rato. Uide differentiã inter ratũ, ⁊ firmũ ꝑ Bar. ⁊ Sal. in l. id ꝙ pauperibꝰ. de epiſ. ⁊ cleri. ⁊ vide q̃ dixi in ij. ſi quis maior. C. đ tranſac. Et formam huius cautionis vide per Bar. in l. procurator cum petere. j. eo. ⁊ Cy. i l. j. C. de ꝓcurat. Et nota, qđ iſta ſtipulatio committitur, quando ꝓmittit facere, curare, quod dominus habeat ratum, ⁊ non facit. ita not. Bal. i c. j. §. ad hec. in titul. hic finitur lex. deinde inci. cõſue. quod not.

LEX II.

**IN ſtipulatione.** Uos habetis vnam magnam gl. que non tendit, niſi ad poſitionem caſus, ⁊ habet hic tex. duas ec. principales. Secũda ibi circa fi. gl. ibi, ſecũdo pone caſum. tamen ſecundum primam expoſitionem litere, lec. huius legis variatur quatuor, vel quinque modis: tamen tu tene ſecundam expoſitionem litere eſt clara, ⁊ plena.

LEX III.

1 ☞ Minor qui non habet curatorem, poteſt procuratorẽ cõſtituere.
2 Procurator minoris ſiue verus, ſiue falſus ad iudica ſatiſdãs dominum ratum habiturum, non cogitur ſatiſdare: quod ſi minor peteret reſtitutionem i integrum, dabit quanti ea res erit: ſecus in procuratore recipiente ſolutionem.
Minor non poteſt renunciare boneficio reſtitutionis i integrũ
3 Minor compromittens, ⁊ promittens penam ſi non parebit ſententio petendo reſtitutionem i integrum, nõ incidit in penam.
Promitens ſententiam arbitri habere ratam, ſi petit eam reduci arbitrium boni viri, non incidit in penam.

**CUm minor.** Iſta eſt no. lex, ⁊ diuidit ur in partes quatuor. Primo, loquitur in procuratore vero minoris. Secũdo, i ꝓcuratore falſo minoris. Tertio, dat conſiliũ circa verũ procuratorẽ. Quarto, dat cõſiliũ circa falſum procuratorẽ. Secunda ibi, ideq;. Tertia ibi, ⁊ ideo. Quarto ibi, mãdato vero, ⁊c. ¶ Tex. ibi, alioquin ſi non conueniat. dic, ideſt, ſi hec clauſula đ preſtãdo intereſſe, ſi reſtitut[illegible] petatur, nõ apponeretur. Itẽ ibi, cõſentiat, ideſt, ratum habeat. Itẽ ibi, dari oportebit de iure cõmuni minore nõ habente rat[illegible] ⁊c petẽte reſtitutionẽ. ¶ † Op. ⁊ videtur, quod minor nõ poſſit conſtituere procuratorem, l. neque. C. de procu. Dicit gl. dic, quod hic cõſtituit cum authoritate tutoris, vel curatoris. Uel dic. ꝙ illa in iudicio, ſed iſta extra iudiciũ. dicit gl. hec põt eſſe vera, ſi ponis minorem nõ habere curatorẽ. Nam ſicut ipſe poſſet ſolutionẽ recipere, l. ſi curatorẽ C. de in integ. reſti. eodẽ modo poterit ad hoc ꝓcuratorẽ cõſtituere, arg. l. diuus. §. fi. ⁊ qđ ibi no. ſ. q pe. tut. ⁊ l. etiã. j. §. abſẽs. ſ. de manu. vindi. ⁊ qđ not. extra de reſti. ſpo. c. ex pte. ¶ Quero duo. Prĩo, qđ vellit dicere text. ibi, alioquin ſi nõ cõueniat,
2 ⁊c. Gl. vacilla. tu expone ſecũdũ quod dixi circa tex. ¶ Secũdo quero, an cogatur procurator falſus, ⁊ etiã verus cauere cũ hac adiectione, ꝙ ſi minor petit reſtitutionem in integr. ⁊ dabit quãti ea res erit: Quidã, vt Old. dicunt procuratorẽ falſum nõ debere cauere, niſi cõſentiat, vt hic, ⁊ ſecundũ hoc verus ꝓcurator aſtringit plus quã falſus, ſecundũ eũ. Sz Rog. dixit, minus intelligunt qui hoc ſignãt, q. d. malus itellectus eſt, ꝙ plus aſtringatur verus procurator, quaz falſus. Jo. vero poſuit hic gl. ſuã breuem. Sic non per omnia rectum cõſilium dat, q. d. nõ eſt rectum procuratore notante cauere: cũ non cõpellatur. Unde gl. dicit procuratorẽ verũ, ⁊ ꝓcuratorẽ falſum poſſe cogi preſtare iſtã cautionẽ, ſi minor petat in inte. reſtitui, ⁊c. cauſatiue, vt eis aliter nõ ſoluat, niſi caueant. Predicta vera, niſi debitor nõ curet caueri ſibi: qꝛ tunc non cauetur, niſi conueniatur, ⁊c. ⁊ ita loquitur iſte tex. Alij di cũt, ꝙ iſta eſt mala litera, ⁊ corrupta. Glo. tñ reſidet in precedenti, ſecundũ quã habes notare quod procurator minoris verus, vel falſus cogatur cauere, ſi minor petit reſtitutionẽ in integ. quod no. qꝛ he oppoſitiones faciũt adhuc ad mille inſtrumẽta: ⁊ hoc probat per Dy. ⁊ Spe. de procurato. §. ratiõe quoq; conſtituẽtis. ver. itẽ quod cõſtituens. Ja. de Are. tenet contrarium. Nam non debet defẽſor, vel ꝓcurator cogi ad illud. ad qđ nõ cogeret principalis, preter quam quo ad illã cautionem, de qua loquitur l. ſed ⁊ he. §. defendere. j. ſ. de procur. ⁊ l. minor. §. quoniã. eodem tit. ſed ipſe minor nõ cogeret renunciare beneficio reſtitutionis: imo nõ valet, ſi renunciaret, l. ſi intra. ⁊ ibi not. C. de in integ. reſt. ⁊ l. ſi iudex circũuenio. ſ. de mino. ⁊ l. doli exceptio ver. diuerſum. ſ. đ noua. Ego puto quod gl. iſta dicat veruz in caſu ſuo, ſcilicet in ſolutione. Nã nõ cogit qs ſoluere procuratori. niſi caueat preſtita cautione. Ratio, qꝛ minori poſſit taliter ſoluere, qđ beneficium reſtitutionis ceſſaret. ſcilicet ſoluẽdo iudici authoritate. l. ait ptor. §. permittit. ſ. de mino. Unde per aduentum ꝓcuratoris non dz eius conditio